16

D. Catonis

Cum animadverterem quam plurimos graviter in via
morum errare succurrendum opinioni eorum
et consulendum fore existimavi maxime ut
gloriose viverent et honorem contingerent.
Nunc te fili karissime docebo quo pacto mo
rem animi tui componas. Igitur praecepta mea ita
legito ut intellegas. Legere enim et non intel
legere neglegere est. Itaque deo supplica. Pa
rentes ama. Cognatos cole. Datum serva.
Foro pira. Cum bonis ambula. Antequam voceris
ne accesseris. Mundus esto. Saluta libenter.
Maiori concede. Magistratum metue.
Aleam fuge. Litteras disce. Bono benefaci
to. Libenter consule. Verecundiam serva. Rem
tuam custodi. Diligentiam adhibe. Fami
liam cura. Mutuum da. Cui des videto. Con
vivare raro. Quod satis est dormi. Coniugem ama.
Iusiurandum serva. Vino tempera. Pugna pro
patria. Nil temere credideris. Meretri
cem fuge. Libros lege. Quae legeris memento.
Liberos erudi. Blandus esto. Irasci ab
re noli. Neminem irriseris. Iudicium ad
esto. Ad praetorium sta. Consultus esto. Vir
tute utere. Trocho lude. Maledicus
ne esto. Existimationem retine. Aequum
iudica. Nihil mentire. Iracundiam
tempera. Parentem patientia vince. Mi
norem ne contempseris. Nihil arbi

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.29, 8v – Priscianus, Institutiones grammaticae; Vita Prisciani; Seneca, Epistulae ad Lucilium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-xy8o/5303/50390)